

*Iohannis solidos V. Ad basilicam sancti Sixti similiter in auro solidos III. Ad basilicam sancti Mauricii solidos III. Ad basilicam sancti Medardi solidos tres. Ad monasterium puellarum vineam in Germaniaco sitam cum quibusdam vasis ipsi basilice profuturis. Ad basilicam, quae dicitur Ad apostolos, auri solidos III cum aliis munusculis, unde calix fieret. Ad basilicam sancti Petri in civitate auri solidos III. Ad basilicam sancti Theoderici portionem suam de villa Germaniaco cum mancipiis, vineis et ceteris ad ipsam pertinentibus; argentum quoque ad sepulchrum domni Theodulfi fabricandum vel exornandum. Ad basilicam sancti Viti vas quoddam argenteum ad calicem faciendum et in auro solidos quindecim. Ad basilicam sanctorum martyrum Rufini et Valerii in auro solidos XV. Similiter ad basilicam sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani auri solidos XV. Ad basilicam sancti Medardi solidos XV. Ad matriculam preterea sanctae Remensis ecclesiae nonnulla contulit donaria. Ceteris quoque matriculis vel congregationibus diversa delegavit munera. Quibusdam heredum quoque suorum personis predia quaedam eo tenore dereliquit, ut ad loca sanctorum a se destinata post eorum reverterentur decessum. Mancipia nonnulla libertate donavit additisque ditavit pecuniis (es folgt der Text von Nr. 13) (MGH SS 13 S. 454, 20–43).*

## Nr. 78

Kaufverträge des Anglebertus von Reims (?).

Flodoard, Historia (wie Anm. 1) II c. 6: *Hunc sequitur Angelbertus. Ipse quoque rebus emptis auxisse reperitur episcopium* (MGH SS 13 S. 455, 3 f.).

## Nr. 79

Testament des Lando von Reims (?).

Flodoard, Historia (wie Anm. 1) II c. 6: *Hic Lando presul ecclesiam Remensem rerum suarum per testamenti paginam rite fecit heredem et quaecumque aliis dedit personis vel ecclesiis, eidem ecclesiae vel successori suo constituit dispensanda. Diversorum siquidem sanctorum basilicis diversa delegavit donaria: Basilice scilicet sancti Remigii, ubi sepulturam fieri sibi delegit, villas et munera. Basilice sancti Gaugerici et sancti Quintini argenti varia dona. Item basilicis atque matriculis Remis, sanctorum scilicet Timothei et Apollinaris. Item sancti Martini. Item sancti Nicasii. Item sanctae Genovefe. Monasterio quoque sanctorum Theoderici et Theodulfi. Item ad basilicam sancti Germani et matriculam ipsius. Item sancti Iuliani. Item sanctorum Cosme et Damiani. Item sancti Petri ad cortem.*